



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm Novembbris Et Decembris

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10263

Pselli Oratio Encomiastica in S. Simeonem Metaphraste[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

NOVEMBER.

652

virum, vitamque beatam pontificis: qui ut se diuina remuneratione æternum vivere declararet, post mortem, mortuam suscitauit.

Importatum denique est corpus beatissimi antistitis in oppidū Rheygense, & cum multa celebritate humatum in ecclesia beati Petri, quam ipse condiderat, que pœna ipsius nomine appellata est, ob crebra eius patrocinia: ubi quicquid fiderenter petitur, Christo auxiliante obtinetur. Non sit igitur fides dubia, cum sit virtus infinita.

Non diu post, cum in sancti viri commemoratione multa referrentur a multis, Can-

ato subdiaconus, vita sanctissimus, publicè hæc testatus est: Nemo nostrum dubitet,

inquit, beatissimum Maximum, de cuius virtutibus tam multa, suggestente veritate,

feruntur, cum in mortali degeret corpore, non minus cum Angelis, quam cum ho-

minibus versatum esse. Quem enim nobiscum tenebat humana cōditio, eum beatis

spiritibus assiduum exhibebat dignitas meritorum. Quadam nocte, imminentia

leberrima beati Andreae solennitate, cum deputatus ego essem, qui ad vigilias ex-

tarem, & primo noctis tempore blandus me sollicitum oppressisset somnus, dulces

psallentium audiui melodias: moxque excitatus, non sine perturbatione multa

lecto me proripui, quod putarem me opportunum excitadi tempus negliguisse. Tu-

verò longè eriam dulciores, quam humanis possint studijs effici, spiritualium canitu-

mum melodias hausti auribus meis. Continuo igitur ad ipsius arcis vestibulum suspe-

* verbis
Visio Cari.
Capitoni subdiaconi.

so me gradu contuli, atque illic beatissimos Apostolos Petrum & Andream, ad com-

plendam cum sancto Maximo orationem, alternis honoribus se præuenientes ego

peccator audiui. Cumque tandem iugi oblatione compulsus beatus Maximus, eot

diutiùs differre non posset, his verbis compleuit officium: Sit gloria Dei benedicta

in æternum & in secula seculorum: reliquias respondentibus, Amen. Ego vero per

quirendi studio proprius accedens, neminem illi videre potui, præter sacratissimum

Maximum, prono vultu & corpore in templi paupimento prostratum. Ille autem sur-

gens, meam indigni peccatoris curiositatem his verbis reprehendit: Arduum est hu-

manæ fragilitati, sanctorum secreta cognoscere, & temerarium, velle rimari. Audi-

S. Maximus
p. adiecit ei
obitu ipsius

ergo, quæ tibi prædicti ego iam dicturus sum: Ea quæ vidisti & audisti, cauenè euges.

Quocunque enim die id feceris, ex hac luce migrabis. Id vtrum iam eventur sit,

ex Dei pendet arbitrio. Ego quidem excellentis eius virtutis memoriam & testimo-

nium posteritati relinquo, vt nè quis mortalium ignoret, quemadmodum iussi ho-

mines sanctorum possint frui commercio & confuetudine. Huic autem narrationi

abundè multam conciliauit fidem, quod eodem die subdiaconus ille, sicut è beato

Maximo prædictu erat, desit esse in humanis: & quia non potuit viuendi producere

terminum, nec mysterium celare voluit.

Nos igitur tota deuotione summoque animi studio rogemus omnipotentem De-

um, vt beatissimi præsulis huius patrocinio fretis nobis der veniam peccatorum, ani-

mumque nostrum à lethalibus vitijs purum semper conferuet is, cui præfens cele-

bramus officium: in quo præstante tales nos exhibeamus præsentia corporum, ve-

mentes fulgeant lumine charitatis: Præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum

coæterno patre & spiritu sancto vivit & regnat in secula seculorum, Amen.

PSELLI ORATIO ENCOMIASTICA IN SAN-

CTVM SIMEONEM METAPHRASTEM. HABETVR IN

ipso Metaphraste, & in tomis Aloysij. Nos capita

margini adiecimus.

27. Nouemb.
Cap. I.

Ingeniū &
eloquenti
Simeonis.

Virtutes.

VM & vita & dicendi facultate magnum Simeonem lau-

dare statuerim, cuius per vniuersum orbem terra est no-

men & res gestæ celebrata, nescio quibusnam verbis war-

in eo laudando, vel quidnam dicturus ex omnibus, suffi-

cientem præbebo laudationem. Hic enim vir, non foliū

erat ornatus eloquentia, & mentem habebat prompti-


llam ad gignēda præclara cogitata, & lingua tanquam

Nili fluentum, non post longum temporis curriculum,

ed quotidiè riuis scatentem eloquentiæ, & mundantem

opportunitissimè: sed & morum temperatione, & quod

omnes virtutes erat complexus, & quod erat exemplum



ijs, qui volebant honestè & moderate vivere, gloriam insignem sibi comparauerat. Hunc ergo virum clarissimum, suo tempore, ut ita dicam, produxit Constantinopolis, prima primum, pulcherrima ciuitatum, pulcherimum (ut ita dicam) patronum ciuitatis. Quæ cum ei dedisset, vt ex ipsa nascetur, & tali ortu eum ornasset, ab eo hoc vicissim accepit, quod eum producerit, qui vel solus sufficerit ad ei dandum pulcherrima præmia ciuitatum. Et fuit honor, quem ex illo habuit, priore maior & magnificientior, quod tunc quidem pulchritudine & magnitudine superabat alias ciuitates, veluti quidam locus paradisi, ambitu & circuitu: postea autem propter illum, floribus quoquæ ibi genitarum virtutum alias longo intervallo superauit: adeò ut etiam si non sic fuisset ornata ab initio, ei sufficisset fœtus hic admirabilis, vt se posset conferre cum præstantioribus.

Et vires quidem incomparabiles statim & à primo, vt semel dicam, ortu etiam flo- Cap. 2.
rente capillo, ostendebat, non secus atque leonum catuli ostendunt protinus super-
cilium & densam collij iubam. Ei enim flores pullulabant intelligentia, & habebat Encomium
prudentia profundam quandam radicem, & quodam admirabili fulgore mens mi- ciuitatis
cabat. Hæc alijs quidem sufficissent ad solutionem: in illo autem agnoscabantur Constanti-
nopolitang.
veluti quædam prius descriptæ figuræ, quæ præsignificabant perfectam eius naturam.
Quomodo ergo arbores, quæ germinant præter naturam, parum egentes manu,
quæ earum curam gerat, si aliquam acceperint irrigationem, & pulchritudine &
magnitudine adhuc magis augmentur: ita etiam illi quoquæ erat celerrimum inge-
num, & quod protinus in altum erigebatur. Quamobrem is sua sponte præbabat
se * oratori, ad philosophiam autem profundus animæ sinus copiosa sensa dabat & for. * orato-
rem cogitata.

Postquam autem adspexit ad scholas philosophorum, & illinc quædam accepit Cap. 3.
principia, quæ essent adiumento ad inventionem eorum, quæ queruntur, repente
assurexerit & easius sublimis, & ex radijs inuenit solem, vel à sole, vt ita dicam, adspexit
ad radios: partim quidem ex posterioribus priora ratio cinatione colligens: partim
autem ex prioribus, quæ natura sunt secunda, concludens. Cum autem sciret, quod
* perfecta nostræ naturalis duobus est ornata, nempe fœtibus mentis & lingua fluens
for. * perfe-
tio
is: & quod ex illis, qui cum præcesserunt, sapientibus, alijs quidem consummaverunt
mentem per philosophiam: alijs vero per dicendi facultatem lingua expurgaue-
runt: & præter unum aut duos, reliqui ad alterutram declinaverunt: & alijs quidem,
densis epicherematis lingua fluxit instar fluuij: alios autem celebrarunt præclaras
mentis sensa & cogitata, adeò vt hi quidem essent propemodum elingues, illi autem
a perfectione diserti intelligentia: ille inter utrosque medius, fuit veluti quoddam Medium te-
vinculum eorum, qui tunc erant disiuncti, & menti linguam adiungens, & verbis
mentem adhibens: & arti quidem dicendi adjiciens philosophiam, ad efficaciorem
& apertiores operationes: philosophia autem artem extollens, & ambo inter se
contemporans sua pulchritudine, vocalem, vt sic dicam, mentem, & linguam efficit
mente præditam. Philosophabatur itaque cum morali probabilitate, & fungebatur
munere oratoris cum philosophica profunditate: & erat utrisque generibus ex equo
accommodatus, & neque philosophus odio habebat argumentum civile, videns id
esse coloratum tinturum philosophiæ: neque orator ægræ ferebat scientiam, artificio
dicens sibi placens.

Hinc veluti quædam lampas * omissa, & in altum sublata è Byzantio, visa est veluti Cap. 4.
quædam fax in aëre omnibus ciuitatibus: & erat reueræ locus, veluti mundus qui-
dam celestis, resplendens omni genere doctrinæ: & per unum, qui faciem ferebat,
partim quidem illutrans vniuersum orbem terræ: partim autem præter lucem pro-
priam alieni quoquæ coruscans fulgoribus: & quod est admirabilius, & propter
quod illum quispiam magis fuerit admiratus, cum esset genere clarus, & ex illustri Simeon Mo-
familia natus, & abundaret diuitijs, & ijs, quæ segniorem effecerint quempiam ad raphras
disciplinas, (multi enim sibi proponunt doctrinam & eloquentiam, tanquam ex illustri fa-
milia natus,
opum parandarum materiam, non vt aſsequantur ea, quæ sunt meliora, sed ei stu-
dentes, vt se in rebus vanis voluptate expleant) ille externis fortunæ adminiculis
vix est ad philosophiam. Hinc factum est, vt nec eos amularetur philosophos, Taxantur
qui erant nimis oociosi: nec oratores, qui nimis redundantabat. Nam illi quidem ve- philosofi
luti immenso lumine circumfusi radijs philosophiæ, statim clauserunt oculos, & vir- oociosi.
tutem nequaquam deduxerunt ad actionem, neque magnifice vni sunt dogmatibus,

RIUS

VIII

neque duces fuerunt ciuitatum, neque quæ didicerunt, proposuerunt in medio populo: sed promissas quidem barbas alebant, tanquam messes inutiles, & vultu tristes erant & seueri.

Cap. 5.

Deinde alij quidem, cum non opus esset, per forum currentes, intemperanti vili suni dicendi vberate: alij autem dolia quadam habitabant, se eis circunscrientes. Alij autem in dialecticis interrogationibus vitam suam consumpserunt. Alij autem quesierunt de naturalibus positionibus, quasdam inutiles contradictiones & lites in vitam afferentes. Et hoc ipsum euénit plurimis ex oratoribus, qui prudentem artem fecerunt occasionem insipientia: & cum oporteret eos eligere & meditari, que uitatibus sunt conducibilia, illi, partim quidem ipsi singentes, partim autem vicent tanquam rebus repositis, nouam quandam scenam tragicam in vitam introducunt. Sed ille non sic: longè quidem ab eo absuit: sed neque vestem mutans, neque aliquid remittens de magnificentia, nec huiusmodi nouitatibus genus suum dedecore afficiens, neque ciuiles causas singens & refingens, neque inaniter fungen mundorum rhetoris, generis quidem decore vtebatur omnino ad benefaciendum: virtutem autem, quam sibi parauerat ex disciplinis, habuit protinus occasionem splendoris & magnificentiae. Nam cum Imperatoribus euisisset amabilis, eius fidei cõmunitum quæ sunt omnium maximè honorabilia, ut qui prope tribunal quidem staret, proper sapientiam: reipublice autem administrationem, propter ingenij soleritiam, & rerum curam acceperit.

Cap. 6.

Et primum quidem prafuit rebus magis arcanis, & secretorum consiliorum fuit particeps cum Imperatoribus. Postquam autem eius fides fuit in his rebus spedata & prædicata, simul cum adyis mundanas quoquè curas suscepit, adeò ut Imperator renunciaret ea, quæ afferebant exteri, & rursus exteriis ea, quæ iubebat Imperator: & erat veluti quoddam accuratum vinculum administrationis. Atque orbis quidem solaris, pars quidem est alibi, pars vero est apud nos. Ille vero ipse, totus erat apud Imperatorem, & in ipsis negotijs. Quo modò enim superius significauit oratione, versatile & ad omnia accommodatum habuit ingenium, adeò ut & prius consultaret, & exequeretur ea, quæ consultata fuerant, & barbaros procūl propulsaret à finibus Romanorum: alios autem superaret aut copijs aut artibus, & gentes in suam redigeret potestatem, temporibusque & rebus dexterrimè vti posset, quod mutaretur, quando oportebat: quod innovaret, quando expediebat: quod candem feruaret speciem, quando bonum videbatur. Sed neque erat vir expers gratiarū & leporum. Sed ad omnem leporē ac gratiam, conueniente doctrina temperatam, erat ei lingua instruta & animus. Cum autem esset ei magnificus & amictus & habitus, simul cum incessu mores quoquè mutabat ad id, quod videbatur: vt qui cīst gratiosus & affabilis, & coiplo omnes subridens ad se attraheret. Præterea autem manu quoquè minimè erat parcus, vt potè quod duæ res eam extenderent, nempe diuitie & voluntas. Habebat autem ita quoquè, vt oportebat, nonnullas partes ex ijs, quæ confuerunt nostram fidem constituere. Haec autem erant: (sed cur non perfectius voratione, neque eum ad capitale reduco principium, quod est maximum caput rerum illius?) Vado ergo ad primum argumentum, si ante ea, quæ sunt dicenda, nulla præmisero.

Cap. 7.

Gloriosa quidem sunt certamina, quæ suscepta fuerunt à martyribus aduersis inimicos; partim aperiè, partim obscurè. Quidni enim, cum fuerit eorum præclaræ fiducia, & mens inexpugnabilis: & interruptos fuisse eorum habitus, & neglexisse natum, & telorum sectiones & electiones, & postremè vitæ contemptus? His autem nihilominus resulſit vita quoquè monasticae exercitationis. Nam hic quoquè est carnis consumptio, & deliciae, non se dédere delicijs in ijs, in quibus non oportet, & à mundo separari, & ad Deum cum ipsis euolare corporibus, & innatis resistere affectionibus, & ijs, quæ à malis spiritibus affluunt extrinsecus. Est ergo amborum præclaræ vita, & olim quidem fuerit, & erit rursus: sed non clare interim fuerat cognita eorum hinc muneratione: sed arcani quidem libri, quos multis in eorum restituitione legent angelii, accuratè monumenta continent eorum martyrij & exercitationis. Qui autem ante hunc beatum virum, res gestas illorum scriperant, non sunt assicuti illorum magnificentiam: sed partim quidem de eis sunt mentiti: partim autem cum non posset rebus eorum respondentem afferre orationem, bonum illis conscripserunt, quod nec erat vla elegancia ornatum, nec laude prosequendum: vt qui pulchram sub-

icerint

iecerint sententiam, nec cam verbis ornârint decentibus, neque accuratè descripserint se uitiam ac atrocitatem eorum, qui punierunt, neque martyrum in dandis responsis prudentiam. Quinetiam monachorum adulterârunt exercitationem, similiter ac quasi temerè & vt accidit referentes, quæ studiosè ab illis facta sunt.

Hinc factum est, vt nonnulli ne vel legere quidē sustinerent ea, quæ sunt literarum mandata monumenta: alijs autē ea, quæ dicebantur, præberent ridendi materiam, & compositionis in elegancia, & sententia absurdâ & nulla consequentia, & dictio vilis & abiecta, erant ijs, qui audiebant, insuavia, & odio habebantur potius, quām admittebantur, & propter eos, qui conscriperant, nobis ludibrio habebantur admirabilia Christi feruorum certamina & trophæa. Et omnes quidē aperte scripta insectabantur maledictis: eorum autem loco afferre meliora, alijs quidē propter animi socordiam, alijs autem, vt quod esset opus perfectissimum & maximi studij, & cui ne tota quidem viri vita sufficerit, neq; vires aderant volentibus: nec ijs qui poterant, voluntas. Sed non etiam admirabilis Simeon eodem modo, quo ijs, fuit affectus. Sed cum eis procedens ad scriptorum usque reprehensionem, deinde processit vterius, & iuvenile agreditur facinus, vel felicem potius actionem, quam nullus omnium gesit felicitate: per quam ille euasit clarior omnibus, qui sunt ubique, eruditis: & Deo consecravit ea, quæ sunt omnium pulcherrima, martyrumque certamina & cursus, & monachorū abstinentiam atque patientiam ornauit ac decorauit: & tandem, quam illi, adhibent benevolentiam, gratia vicissim accepit ab omnibus.

Quid enim cum hoc opere contulerit quispiam? Quamnam antiquam gentilium

Cap. 2.

narrationem, aut vniuersa terræ dimensionem? An quæ à Persis gesta sunt, & ante illos Babylonij, & quæ postea ab Alexandre Macedone fortius peracta fuere certamina? Nam hæc quoquæ laudem & honorem afferunt ijs, qui ea scriptis ornatæ &

eleganter mandarunt. Sed multi quidem in eorum lectionem studium suum conferunt, propter compositionem eorum, qui scripsérunt. Quæ autem hic vir egregius cum eo, quo decet, ornatu orationis scriptis contextuit de ijs, qui martyrium suscepserunt, & ijs, quæ in virtute exercuerunt, duplècēt habent amulationem, nempe &

imitandæ eius compositionis, & morum ad ea, quæ sunt optima, transformandorum.

Dixerim autē tertium quoquæ, quod non est his inferius, sed accuratius etiam & excellius: videlicet quod corum, quæ constituant ac confirmant Euangelium, sanctorum scriptis manata memoria, est caput aliorum præcipuum. Atque quod ille quidem elegit hoc scribendi argumentum, est id certissimum testimonium illius prudentiae. Quod autem ratiōbus vius sit sententijs, & dictione, quæ est dilucida, & probabilitatem ac veritatem habet velut innatam, est quidem argumentum illius quoquæ sapientia: maximum autem huius signum statuerit quispiam, quod se pulchre accommodauerit temporibus & auditoribus.

Et vnde hac parte dicam, & aliqua vtræ digressione: Non ignoro huius viri opera

Cap. 3.

non esse magno studio, nec ijs, qui lingua ornamento vtruntur nimis rhetorice: nec ijs, qui suum studium posuerunt in disciplinis: sed nec ijs, qui studuerunt naturæ contemplationi: quod nec in ijs dicendi generū mixtio eluceat, nec figuræ dicendi sint aperta, neq; vla natura dubitatio & solutio, neq; lineares demonstrationes cum im-

portunis nominibus, neq; philosophica sententia, quæ subiectū verbis in altum euentant. Volunt enim, qui sunt sapientia supra modū dediti, omnia scribi ad ostentationem, non ad morū correctionem. Ego autē dico, huius viri scripta nullo horum esse priuata. Sed quoniam non ad ostentationē comparabatur eius scriptio, ea non ponuntur frequentia, neque statim à principio, neque ubique, neq; apud omnes: sed quando res dat ei occasionem, vius ijs, quæ postulat oratio, reddit rursus ad scopū propositionum. Eius enim oratio neque ad sophisticam intuetur iactationem & forensem appa-

Metaphra-
stæ sermo &
dictio quid
spectet.

ratum, neque ad artificiam naturaliū rerum excogitationem, neque ad linearum contemplationem, aut curiosiorem numerorum intelligentiam. Sed neque est ci- studio celi motus, aut quemadmodum inerrans mundus procedat circa stellas errantes. Sed neque sunt ei curæ consonantes aut semiuocales, neque qui per eas fit concentus. Propterea hæc quidem amandat tanquam superuacanæ, nonnunquam tamen eis vtræ & in tempore: veritati autem adhæret & à falso alienæ narrationi. Dictionis autem sciebat quidem multos modos: vius est autem eo, qui sufficiebat ad auditionem simul & bonorum & vulgi: & vtriusque partibus simul satisfacit. Nam dictionis quidem numero & pulchritudine eruditum attraxit auditorem,

dictio eius
ciuiusmodi
sit.

NOVEMBER.

656

& satis delinij gratiarum illecebris. eō autem, quōd esset clara & succulenta oratio, effecit vt aures imperitorum ab eius voce pendērent: ambos rursus induxit breuitate & probabilitate.

Cap. II.

Ego enim, vt nihil dicam celans quod sit vero minus, scio quidē esse multa dicendi genera pulchriora: perfectiorum, inquam, oratorum, & quorū exemplarū non est vulgo propositum ad imitandum, propter sonum & numerū orationis: præstantiorem autem dicendi formam ijs scriptis, quæ componere statuerat, nescio an quicquam ex omnibus vñquā adaptauerit. Sed & si quis ex illis, qui & dictione excellunt & sententia, eiusmodi argumenta fulcepisset, accurriorem quidem & elaboratiorem efficeret orationem: sed non itidē dico omnibus auditoribus congruentem & conuenientem. Nam & procēdia eius orationum statim attingunt subiectum, & par procedens ostendit sui scripti scopum: & in nonnullis orationibus cū totam argu-

Accommodatur se in suis sonis & temporibus. Et est quidem omnibus idem color orationis, & vna qualitas di-
scripti per sonis & tem-
poribus.

tionis: morum autem varia est muratio, &, vt dixerit quispiam, artificiosa: non per-
artem res mutans, sed quod vnicuique rei & persona incidenti conueniebat, in-
pretans. Tanquam autem ad archetypa exemplaria ad res antiquiores intuens, ne
ab illis recedit, nè videatur aliquid aliud facere: & ad exemplar quoquā totam trans-
mutat dicendi formam, non diuersam faciens materiam, sed quod in dicendi generi
peccatum erat, corrigit: neque sententias innouans, sed conuertens figuram di-
ctionis: & ei incidens oratio in diuersitatem narrationum, & varietatem argumen-
torum, non confunditur neque perturbatur, sed tanquam optimus gubernator, cū
ei nauis agitatetur fluctibus, stabat quietus, clauis tenens artificiofissimē.

Cap. III.

Porrō autem in nonnullis quoquā orationibus describit patriam eorum, qui au-
dantur, ab vniuersa terra separans & deducens ad vnam partem. Deinde loquitur et-
iam nonnihil de fluminibus, & de eorum principijs differunt naturaliter, & de oppor-
tunitate ciuitatum, & de temperatione aēris, & de temporum conuenientia, etiam sl-
ij, qui sunt reverā auribus paulò surdi oribus, ea quæ dicuntur, non exaudiunt. Multi-
fariā quoquā tractat partes orationis, alias quidē maiori contentione: alias vñ le-
nitus & sedatiū. In gratia autem narrationum quis ex omnibus cum eo contendit?

Quis in compositione? Quis in numerorū suavitate? Quis in concinnitate in omni-
bus congruentia? Atq; volo quidem contendere, quōd non sit ampla & grandis eius
oratio: nuncio autem, eius orationibus ne hanc quidem deesse gratiam, sed alicubi
quidem eas esse amplas & redundantes, in pluribus autem graues & temperatas.

Quæ sibi potissimum propoterit in historijs fa-
cias.

Cum has autem duas vias sibi proposuisset, martyricam constantiam, & monasticam
in exercitatione tolerantiam: currit quidem in vtroque stadio, non cun pedum
perniciitate, sed cum celeritate orationis. Maximè autem monasticum percurrit
curriculum, euadit seipso robustior & fortior. Aures quidem certè mihi pinguefaci-
quandò eius oratio ascendet quidem montes, subit autē speluncas: sub pinu autem
aut queru aliqua collocat exercitatorem: & vile alimentum, & illaboratū ei offert
ex herbis, & potum ex fontibus. eiusmodi enim narrationes ornat quibusdam floren-
tibus pulchre dictiōnibus, & varijs rosis figurarum, & ea quæ tunc sivebant, quasi subi-
cit oculis. Virum ergo laudo quidem propter eiusmodi facundiā & grāiam: non
minus autem, quōd pulchre tractārit argumenta. Nam etsi à me multa quoquā de
multis scribuntur, non habent eorum opera talem zelum & imitationem: sed vñ
quidem foras doctis videbuntur digna, in quæ studium conferatur, & ea amula-
buntur propter dictiōnem & varias figurās: multi autem contemnunt, quōd non
sint eis curæ quæstiones & sententiae nimis arcanæ.

Cap. IV.

Porrō autē dicunt eum leuiter & quasi aliud agentem, hanc rem esse aggressum:

neq; ipsum id sibi proposuisse, vt faceret quantum veller: sed Imperatoris adhortatio-
nes eū ad hoc adduxerunt, & ij, quibus curæ erat doctrina & intelligentia: & promi-
tus ei fuit apparatus, & non parvus orbis eorum, qui primò dictiōnē notis excipe-
bant: & eorū, qui postea transcribebant: & aliis post alium, ille quidem prima facie

bat, hic vñ secundò exscribebat: & post hos alij, qui, quæ scripta fuerant, pulchre
intelligebant, vt quod scriptores latuerat, ad propositam corrigenter sententiam
Nam propter scriptorum multitudinem non licet ei sēpē eadem revoluere &
intueri. Sed etsi fuerit multis labor, & maior, quām par esset sollicitudo, immò ve-
rō digna, quæ in hoc adhiberetur: sementem tamen longè vicit spica & seges, quæ

nondū

Multorum
opera vñ-
tut.

S T U

nondum fuit usque in hodiernum diem. Quocirca etiamsi nihil aliud à viro illo fuisset
elaboratum, & non alia omnia, quæ vel singula sufficiunt ad laudem conciliandam:
opus tamen tale suscepisse, & id tam præclarè effectum reddidisse, viro pro quo quis ad
laudem sufficerit.

Atq; ego quidem nolo conferre eius opera cum scriptis exterritorum sapientum. Cap. 14.
Quid enim, si ex his alij quidem composuerunt Parathenaica, alij autem prælium Pe-
loponeforum & Atheniensium magnifica dictione composuerunt: & alij quidem
contra oratores decertarunt, alij verò pro oratoribus: in quibus est quidem insignis
& manifestus redundans verborum ornatus: est autem breuis & imbecilla utilitas.
Cum his ergò nollem ego meū conferre athletam. Sed si quis mihi hoc dederit, ego
eum exequauerim ijs, qui laborarunt in conscribendo Euangeli, & profundum ver-
bi sunt interpretati. Quorum enim sunt fines æquales, eorum sunt etiam principia fi-
milia: & si falsus animarum apud vtrunque est finis argumentorum, quidn̄ etiam fue-
runt causa inter se pares, & steterint scriptores in eadē trutina, aut, vt dicam quod
nostrum est, fuerint etiam ex æquo heredes? Quām multis autem fortis viri coronis
non fuerit coronandus hic vir admirabilis, immo vero quibus non est iam corona-
rus, cūm ad Deum ascenderit, & apud illos ducat choros, quorum mores & vitam
hic circumscribit? Nam vēl in fine ostendit, qualem vitam egerat. Non enim eum ve-
luti abieciunt aut diuisum fuisse dicunt ij, qui viderūt: sed videbatur veluti à quodam
vinculo liberari, & hilari nutu se extendere ad ducentes Angelos, & quodammodo
seipsum tradere illorum manibus, vt citò emigraret è corpore.

Et sic quidem est mortuus: fuerunt autem statim omnia, & non tunc solum, suau-
odore plena: nec in diem tertium, sed etiam in multos dies postea, donèc fuit solus
conditus in sepulcro: & loculus perpetuò tales emisisset odorem, nisi se aliqui tam
iniquè gessissent, vt aliud corpusculum propter eum deponerent. Simul atque enim
hoc magno illi viro accidit, desit fons ille suauis odoris. Atque hic quidem contra-
etus, ò virorum omnium optime & eruditissime, satì superque ostendit puritatem
tuam & sanctitatem. Nam alia quoquā tibi sufficiunt ad accuratissimam virtutis con-
summationem. Tu autem sis mihi propitius, si non perfectè exposui omnem tuam
virtutem, neque ex omnibus tuis bonis tibi parem attuli laudationem, nec mihi ira-
scaris propter ea, quæ sunt à me pratermissa: sed eorum quæ scripsi, memineris, si eo-
rum, qui hic sunt, est vila memoria vestris purissimis & diuinissimis animis: In Christo
Iesu Domino nostro: cum quo patri cum sancto spiritu gloria, honor & potentia,
nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

PASSIO S. IACOBI INTERCISI, VT HABE-
TVR IN PERANTIQVIS MS. CODICIBVS, QVIBVS
consentient Martyrologia & compendium certaminis eius quod ha-
betur in Nicophoro Eccle. Hist. Lib. 14. Cap. 20.

ACOBVS martyr, cognominatus Intercisus, nobilis Nouébr. 27.
genere sed fide nobilior, ex regione Perfarum & ciuitate
Elape oriundus fuit. Hic ex Christianissimis parentibus
ortus est, & vxorem Christianissimam habuit: Eratque
notissimus Regi Perfarum, & inter optimates primus. Idigerdem
hunc appellat Nicophorus.
Accedit autem vt à principe nimio amore seduceretur, &
ad colenda idola flecteretur. Hoc autem mater & vxor
audientes, protinus sic ei scripserunt: Obediendo mor-
tali, deseruisti eum qui vita est: placendo future citò pu-
tredini, deseruisti sempiternum odorem. Veritatem in
mendacium commutasti, & mortali obtemperans, viuo-
rum ac mortuorum iudicem reliquisti. Noueris igitur nos amodò à te futuras ex-
traneas, nec tecum decaterò aliquatenus moraturas. Cūm autem has literas Iaco-
bus legisset, amare flens ait: Si mater mea quæ me genuit, & vxor mea extranca facta
sunt: quanto magis à me extraneus factus est Deus meus? Cūm ergò pro errore suo
se plurimum affixisset, nuncius venit ad principem, qui diceret Iacobum Chrifianum Accusatur
esse. Quem princeps aduocans, ait: Dic mihi, Nazareus es? Cui Iacobus: Etiam, Na- apud Regem
q; sic Chri-
zareus sum. Etille: Ergò magus es. Cui Iacobus: Absit à me magum esse. Cūm ergò Itianus.
ei